Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere
calicem quem ego bibitur sum. Dicunt ei. Pos
sumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis.
sedere autem ad dexteram meam et sinistram non est
meum dare uobis. sed quibus paratum est a patre meo.
Et audientes decem. indignati sunt de duobus
fratribus. Ihesus autem uocauit eos ad se. et ait. Scitis
quia principes gentium dominantur eorum. et qui
maiores sunt potestatem exercent in eos. Non
ita erit inter uos. sed quicumque uoluerit inter
uos maior fieri. sit uester minister. et qui uo
luerit inter uos primus esse erit uester seruus. sicut
filius hominis non uenit ministrari sed mi
nistrare. et dare animam suam redemptionem
pro multis. f. R. v. lect. Jeremie. p.
Hec dicit dns. Maledictus ho
mo qui confidit in homine. et po
nit carnem brachium suum. et a dno recedit
cor eius. Erit enim quasi myrice in deserto. et non
uidebit cum uenerit bonum. sed habitabit in
siccitate in deserto. in terra salsugins et inhabi